



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 2. Diœcesis Daciæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

NUM. 2. *Diæcesis Dacie.*

MOESIA PRIMA  
 sub Præside,  
*la partie de la Rascie au de-  
 cà du Danu-  
 be.*

VIMINATIVM, vbi Præfectus classis Istricæ; hîc dictus Cæsar Antoninus à patre Seuero; hîc etiam sæpe hibernavit Diocletianus.  
 Tricornium, vnde Tricornesij, vbi Cuneus equitum Sagittariorum, & Auxiliares Tricornienses dicti, & Auxilium Aureo-montanorum.  
 Aureus Mons, vbi Cuneus equit. Dalmatarum.  
 Margum, seu Meargum, planum cognominatum, vbi Auxilium Margense.  
 Singidunû, vnde Constantius aliqua iura rescripsit.  
*Vide reliqua loca in Notitiâ, hæc enim præcipua sunt.*

DACIA RIPENSIS  
 sub Præside,  
*la partie Occidentale  
 de Bulgarie le long  
 du Danube.*

OESCVS, ad Fl. cognominem, qui Danubio miscetur, Triballorum olim caput, vbi auxilium Mariensium.  
 Ratiaria, meliùs Rettaria, vbi Præfecturâ Legionis XIII. Geminæ.  
*Reliqua vide in Not. Imp. vbi multa loca notantur.*

DACIA MEDI-  
 TERRANEA  
 Consularis, *partie  
 Meridionale de Seruie.*

NESSVS, ad Fl. cognominem, nunc Nessauam: in huius vrbis suburbiiis Valens & Valentinianus Palatina officia partiti sunt: hodie *Nyssa en Seruie.*

DARDANIA  
 sub Præside, *partie plus  
 Meridionale de Bulgarie.*

SCVPI in Orbelo Monte, in finibus Dardaniæ, & Macedoniæ, hodie *Vschup, seu Vscopie.*

PRÆVALITANA  
 sub Præside,  
 CVI ADIUNGITVR  
 PARS MACEDONIÆ  
 SALVTARIS  
*partie de Dalmace, &  
 d' Albanie.*

IUSTINIANA PRIMA, à Iustiniano inde oriundo, cùm priùs Achredo diceretur, in excelsò monte supra lacum Lichnedum, aliter Bassaritim, dicitur & Regia Bulgaricæ, & in Tauresiâ Regione parte Dardaniæ collocatur à Procopio; fortè hodie *Ochrid.*  
 Scodra, arx quondam & caput Gentis Illyricæ: *Scutari.*